Universitätsbibliothek Paderborn

Vitrvvivs Itervm Et Frontinvs

Vitruvius

Florentiae, 1513

De conformatione theatri facie[n]da. Cap. VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12979

Visual Library

Figura, cuius me- nit autor

t. tonus.
h. hemitonium.
a. diateſſaron.
b. diapẽte
c. diapaſõ
d. diapaſõ & diateſſaron.
e. diapaſõ et diapẽte
f. diſdiapaſon.

Dicet aliquis forte multa theatra Romæ quotannis facta eſſe, neq; ullã rõnem harum rerum in his fuiſſe, Sed errauit in eo, q̄ oĩa publica lignea theatra tabulationes habent cõplures, quas neceſſe eſt ſonare, Hoc uero licet animaduertere etiã à citharedis, q̄ ſupiore tono cum uolunt canere, aduertunt ſe ad ſcenæ ualuas, & ita recipiunt ab earum auxilio conſonantiam uocis, Cum autem ex ſolidis rebus theatra conſtituuntur, ideſt ex ſtructura cementorum, lapide, marmore, quæ ſonare nõ poſſunt, tunc ex his hac ratione ſunt explicanda, Sin autem quæritur in quo theatro ea ſint facta Romæ, nõ poſſumus oſtendere, ſed in Italiæ regionibus, & in pluribus græcorum ciuitatibus, Etiãq; authorem habemus. L. Mumminm qui diruto theatro corinthiorum eius Aenea Romã deportauit, & de manubiis ad ædẽ lunæ dedicauit. Multi etiam ſolertes architecti, qui in oppidis nõ magnis theatra conſtituerunt, propter inopiam fictilibus doliis, ita ſonantibus electis, hac rõcinatiõe compoſitis perfecerunt utiliſſimos effectus.

De conformatione theatri facienda. Cap. VI.

Ipſius autem theatri conformatio ſic eſt facienda, uti q̄ magna futura eſt perimetros imi, centro medio collocato circumagatur linea rotundationis in eaq; quattuor ſcribantur trigona paribus lateribus & interuallis, que extremam lineam circinationis tangant, quibus etiam in duodecim ſignorum cœleſtium deſcriptiõe aſtrologi ex muſica conuenientia aſtrorum ratiocinantur,



Ex his trigonis cuius latus fuerit ꝓximum ſcenæ ea regione qua præcidit curuaturam circinationis, ibi finiatur ſcenæ frons, & ab eo loco per centrum parallelos linea ducatur, quæ diſiungat proſcenii Pulpitum, & Orcheſtræ regionem, Ita latius factum fuerit pulpitum, q̄ græcorum, quod omnes artifices in ſcenam dant operam, In Orcheſtra autem ſenatorum ſunt ſedibus loca deſignata, & eius pulpiti altitudo ſit ne plus pedum q̄nq;, uti qui in Orcheſtra ſederint, ſpectare poſſint omnium agentium geſtus, Cunei ſpectaculorum in theatro ita diuidantur, uti anguli trigonorum, qui currunt circum curuaturam circinationis, dirigant aſcenſus ſcalaſq; inter cuneos ad primā præcinctionem.

a. cunei
b. ubi diſiungitur proſcenii pulpitum ab orcheſtræ regione
c. orcheſtra.
d. proſcenium ubi pulpitum excitatur.
e. frōs ſcenæ
f. cuneus ſpectās itinera uerſurarum.
g. cuneus ualuarū regiarum
h. cunei hoſpitaliorum

a. cunei
b. orche-
ſtra.
c. pulpi-
tum.
d. proſcæ-
nium.
e. podium
f. ſcæna
g. ſcænæ
membra.
h. hoſpita-
lia.
i. ualuæ
regiæ
K. hoſpita-
liorũ ua-
luæ.
l. porticus
poſt ſcænã
m. odeũ.



Supra aũt alternis itineribus ſupiores cunei me-
dii dirigãtur, Hi aũt q ſunt in imo, & dirigũt ſcala-
ria, erũt numero ſeptẽ, reliq qnq; ſcænæ deſignabũt
cõpoſitionẽ, & unus medius contra ſe ualuas regias
hẽre debet, & q erũt dextra ac ſiniſ.ra, hoſpitalium
deſignabũt cõpoſitionẽ, extremi duo ſpectabũt itine
ra uerſurarũ. Gradus ſpectaculorũ, ubi ſubſellia cõ
ponantur, ne minus alti ſint palmo pede, ne plus pe
de & digtis ſex, Latitudines eorũ ne plus pedes duo

ſemis, ne minus pedes duo conſtituantur.

De tecto porticus theatri. Cap. VII.

TEctum porticus, qđ futurum eſt in ſumma gradatiõe, ĩcũ ſcenæ altitudine libratũ pfi ciatur, Iõ ꝙ uox creſcens æq̃liter ad ſũmas gradatiões, & tectũ pueniet, Nãq; ſi nõ erit æquale, quo minus fuerit altũ, uox p̃ripietur ad eã altitudinem, ad quã pueniet primo, Orcheſtra inter gradus imos, quã diametron habuerit, eius ſexta ps ſumatur, & in cornibus circũq; aditus, ad eius mẽſuræ ppẽdiculũ inferiores ſedes p̃cidãtur, & quæ p̃ſio fuerit, ibi cõſtituãtur itinerũ ſupcilia, ita.n.ſatis altitudinẽ hẽbũt, eorũ cõformatiões, Scenæ longitudo ad orcheſtræ diametrõ duplex fieri debet, Podii altitudo ab libramẽto pulpiti cum corona & lyſi, duodecima orcheſtræ diametri, Supra podium colũnæ cũ capitulis & ſpiris altæ quarta pte eiuſdẽ diametri, Epiſtylia & ornamẽta earũ colũnarũ altitudinis qnta pte, Pluteũ ĩſup cũ unda & corona inferioris plutei dimidia pte, ſupra id pluteũ columnæ q̃rta pte minore altitudine ſint, q̃ inferiores, Epiſtylia & ornamẽta earũ colũnarũ qnta pte, Itẽ ſi tertia epiſcenos futura erit, mediãi plutei, ſummũ ſit dimidia pte, Colũnæ ſũmæ medianarũ minus altæ ſint, q̃rta pte. Epiſtylia cũ coronis earũ colũnarum, itẽ habeãt altitudinis qntã ptẽ, Nec tamẽ in oĩbus theatris ſymmetriæ ad oẽs rõnes, & effectus poſſunt reſpõdere, ſed oportet architectũ aĩaduertere qbus ꝓportiõibus neceſſe ſitſeq ſymmetriã, & qbus rõnibus ad loci naturã aut magnitudie opus debeat tẽperari, Sunt enim res quas, & in puſillo, & in magno theatro neceſſe eſt eadem magnitudine